Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Prisca apud Græcos & Romanos calceamentorum nomina soleas notant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

Visual Library

particulas quaſdam plantis ſubligarunt, unde natæ ſunt ſoleæ, quæ à vetuſtiſsimis temporibus uſitatæ fuerunt. Cujus rei hoc argumentum habemus, quod omnia priſca, quibus pedum tegumenta appellantur, vocabula, *ſoleas* notent à prima origine. Duo ſunt præcipua apud Græcos nomina, quibus *calceum* vocant, σανδάλιον & ὑπόδημα. Et quidem σανδάλιον nihil aliud eſſe quam *ſoleam*, atque apud priſcos Græcos tantum pedum plantas muniviſſe, præter uſum frequentem, qua pro *ſolea* uſurpatur, ex eo videre eſt, quod inſula Sardinia olim *Sandaliotis* dicta ſit; quomodo à plantæ pedis figura *Ichnuſa* appellata fuit, quia ut Claudianus canit:

Claud. de Bel. Gild. ỳs 507.

Humanæ ſpeciem plantę ſinuoſa figurat
Inſula, Sardiniam veteres dixere coloni.

Videri poſſunt quæ obſervata ſunt de his Sardiniæ nominibus viro ſummo Samueli Bocharto. Tum etiam id ex eo patet quod σάνδαλα piſces planos Græci vocent, quam vocem apud Athenæum legimus; Σάνδαλα δ᾽ αὖ πα-

Bochart. Georghr. S p. 2. lib 1. cap. 31. Athen. lib. 4. c. 1 & ibid Caſ.

ει